



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1860**

13. Die Bischöfe von Ratzeburg, Lübeck und Schwerin bezeugen dem  
Pabste Johann XXII., daß Herzog Erich von Sachsen den päpstlichen  
Befehlen gegen den Kaiser Ludwig und gegen dessen Sohn, den ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55801)

13. Die Bischöfe von Ratzburg, Lübeck und Schwerin bezeugen dem Pabste Johann XXII., daß Herzog Erich von Sachsen den päpstlichen Befehlen gegen den Kaiser Ludwig und gegen dessen Sohn, den Markgrafen von Brandenburg, gehorche, am 2. September 1333.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Johanni, diuina prouidentia sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, Marquardus Raceborgensis, Hinricus Lubicensis et Ludolfus Zwerinensis ecclesiarum episcopi, cum omni humilitate et fidelitate deuota pedum oscula beatorum. Ad audientiam s. vestre cupimus peruenire, quod illustris princeps dominus Ericus, dux Saxonie, Angarie et Westfalie et sacri Romani imperii marscalcus semper se gessit et habuit et adhuc se gerit et habet erga s. vestram et sacrosanctam Romanam ecclesiam sicut filius obediens et deuotus. Quandocunque enim et quecunque mandata s. vestre venerunt et veniunt ad nos et ciuitates ac dyocesces nostras contra baurum vel primogenitum eius aut alios sacrosancte Romane ecclesie emulos, ipse huiusmodi mandata, quantum in eo fuit et est, humiliter seruauit et seruat et in huiusmodi mandatorum publicatione nobis cooperabatur et cooperatur fideliter et deuote. Et si dominus Rodolfus, dux Saxonie, frater patruelis eiusdem domini Erici ducis, aliquod fedus vel aliqua federa cum dicto bauro aut eius primogenito, qui se gerit pro marchione Brandenburgensi, vel alijs sacrosancte Romane ecclesie emulis iniuit, noscat s. vestra, hoc de voluntate et beneplacito dicti domini Erici ducis minime fore factum. Supplicamus igitur s. vestre humiliter et deuote, quatenus petitiones, s. vestre pro eiusdem domini Erici ducis persona, vobis ac sacrosancte Romane ecclesie tam fideli ac deuota, vt predicatur, directas, gratiose dignemini exaudire. Et in testimonium premillorum sigillis nostris presentes litere sunt munite. Datum in castro Raceborgh, anno domini millesimo CCC<sup>o</sup>. tricesimo tercio, feria quinta proxima ante diem natiuitatis beate Marie virginis.

Nach Dr. Eubendorfs Registrum II, 186, Nr. 97.

14. Kaiser Ludwig leugnet, dem Herzoge Erich von Sachsen etwas schuldig zu sein, und ladet ihn zu sich ein, in die Mark Brandenburg zu kommen, am 25. Januar 1337.

Dem hochgeborn Erick, herzogen ze Sachsen, vnserm liben getrewen.  
Wir Ludowig, von gotes genaden Römischer keiser, ze allen zeiten merer des riches, enbiten dem hochgeborn Erick, herzogen ze Sachsen, vnserm liben getrewen, vnser huld vnnd alles gut. Wir danchen dir vleizziglichen deiner trewen vnnd deines guten willen, als du dich mit deinem dienst vns vnnd dem riche